



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Svcqvet E Societate Iesv Via Vitæ Æternæ

Sucquet, Antoine

Antverpiae, 1630

Cap. 57. de affectu imitationis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54856](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54856)

CAPVT LVII.

De affectu Imitationis & modo eum exercendi.

Hic ferè præcipuus est: ad hoc enim dirigitur Oratio, ut Christum Dominum sequamur, & ad hoc venit Filius Dei in mundum, ut redimeret, & exemplo suo nos doceret; omnis enim Christi actio nostra est instructio. Postquam igitur aliquod exemplum Christi meditando consideraris. Primò, confunde te, & vide quantum distes à vestigijs, & exemplo Domini tui, & excitatâ contritione, emendationem propone, vitiumque contrarium detestare. Secundò, gratias age Deo quòd tale tibi monstratum fuerit, & quàm illud preciosû respectu ejus qui præbet, & indignitatis ejus cui præbetur, attende. Tertio, lauda illud & virtuti illi affici stude, & vide quomodo imitari possis, non tantùm in genere, sed etiam in particulari: neque tantùm in unâ virtute, sed in omnibus potentijs, & viribus tuis, ut quoad fieri potest, mores tui clament: Vivo ego jam non ego, vivit verò in me Christus. Quarto & postremò humillimè gratiam efflagita, & obsecra per illud exemplum Christi, cætera que ejus merita, &c.

Exercitium brevius Imitationis.

IAM audio clamantem voce magnâ & amantissimâ, Exemplum dedi vobis, ut quemadmodû ego feci. ita & vos faciatis. & iterum: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Nemo alius ad te veniet, nemo ô Pater æterne, & audio uti Moysi, ita mihi dictum: inspice & fac secundum exemplar quod tibi môstratum est. Inspicio & aspicio in Auctorem fidei, & consummatorem JESVM, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Sed & recogito te, Domine JESV, qui talem sustinuisti adversum temetipsum contradictionem. Sed tu, misericors Deus, vide infirmitatem meâ, & legens in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Quis me liberabit, nisi tu Redemptor mi, liberator meus? Redime ergo me, &

Hebr. 24.

X 8

miserere

Pfal. 24.

miserere mei, quia unicus & pauper sum ego, redime me, & trahe me post te, sequar quocunque ieris, imò sequor Regem servum, Patrem filius, Creatorem creatura, & sic curro in odorem unguentorum, in viam mandatorum tuorum. Tu aeterna Sapientia & veritas non me falles, tu aeterna bonitas, scio nō me deseris, tu aeterna es potentia, ut in te possim omnia qui me confortat. Pone te ut signaculum super cor meum, ut signaculum super brachium meum. Amen.

Affectus Imitationis Christi Domini.

Luc. 18.

O Redemptor mi. Cecus quidam sedebat secus viam & clamabat ad te, ut videres te viam veram & sequeretur te. Ego verò secus viam sedeo, & viam video, & vestigia tua per gratiam tuam, & velle quidem adjacet mihi, perficere autem non invenio: o sapientia! o infinita bonitas! quantum praedica verbo, tantum clamas exemplo, imò vox haec tua, vox est praeparantis cervos, & concutiētis desertum, & potens, ut commoveat cedros Libani, id est Principes, & Reges terra, ut te sequantur, & ego maneo secus viam sedens, & non sequar, & non adhaerebo tibi anima mea? adhaereat potius lingua mea faucibus meis, quam non sequar te lumen oculorum meorum. Quis enim te non libenter sequatur, magister bone qui venisti primum facere, & deinde docere! quis sedens in tenebris, & videns te lucem magnam non properet, & hac N. & illa exempla tua sequatur, quibus recedat à miserâ servitute peccati, & respiret in libertatem filiorum tuorum?

Pfal. 28.

Propositū
requirendi
Iesum.

Abiciamus ergo opera tenebrarum: induamur o anima mea, arma lucis, ut sicut in die honestè ambulemus, & honorificemus te Dominum nostrum. Tūne etenim benignissime JESU, praebis, & exemplum relinques, ut sequar vestigia tua, & ego sequi directabo: Tu enim Dominus, & ego vilissimus servus; tu Pater, & ego indignissimus filius; tu Deus meus, & Creator, & ego terra & cinis, opus manuum tuarum, sed ex nunc cogitationes meae, & via mea per gratiam tuam nolo ut exaltentur à tuis sicut olim questus es dicens: non enim cogitationes meae, cogitationes vestrae, neque via vestra via mea dicit Dominus, quia sicut ex-

Isaia 55.

altamur

altantur cali à terrâ, sic exaltare sunt via meâ à viis vestris, & cogitationes meâ à cogitationibus vestris. Ergo quomodo descendit imber, & nix de celo, & illuc ultra non revertitur, sed inebriat terrâ, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti, sic fit obsecro Domine verbum tuum quod egreditur de ore tuo: non revertatur ad te vacuum à me, sed faciat quacumque voluisti, & prosperetur in his ad qua misisti illud.

Scriptum audio: *Quærite Dominum dum inveniri potest, & invocate eum dum prope est: derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miseribitur ejus, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.* Itaque, benignissime *JESU*, derelinquo viam meam, & cogitationes meas, & revertor toto corde ad te. *Miserere* igitur, ut in viam mandatorum tuorum curram, & prava mea fiant in directâ, & aspera in vias planas. Pravum enim est cor hominum & inscrutabile, quis cognoscet illud? tu qui scrutaris cor, & renes. Fac igitur, ut quod cor meum trahit deorsum, videlicet creature mane solatium, vel pondus potiùs amoris mei fiat in directum, & cor meum, & caro mea exultent in te Deum vivum: Non me moveat temporale, quando æternum bonum mihi adest, nec amaritudo, (quo nomine merito, omnis creatura, quia verè decipula, & laqueus appellatur) dum cupis ut gustem, & videam quàm suavis sis.

Cor mundum, obsecro, crea in me Deus, & quidquid est ibi idoli vanitatis, tu dele, qui figura es substantia Patris, & imago bonitatis illius; ut nulla intentio prava depravet cor meum, nulla delectatio inanis, & vana occupet illud; neque impleat tamen. Non enim satiari potest orbe toto, sed in te uno quiescit: ideo etiam hominibus placere non cupio, sed tibi uni, & apud te infelix permis & non homo, apud te invenire gratiam. Sicut enim oculi ancilla in manibus dominae suae, sic oculi nostri ad te Dominum Deum nostrum, donec miserearis nostri. Qui hominibus placent, inquit ille, confusi sunt, Deus sprevit illos: placebo ergo tibi, Domine, & nullius queram gratiam, nullius amor cogitationes meas inquinabit, ut tu totum possideas, quod totum toties tibi dicavi.

Gratia Dei non debet esse vacua. *Isaia 55.*

Ibidem.

Ibidem.

Lucæ 3.
Isaia 14.
Ierem. 17.
Cor hominis inscrutabile.

Cordis mundities necessaria.

Psal. 52.

Resigna-
tio.

Non est
attendend-
um quis
nos excr-
ceat.

Luc. 12.
Bern.

Psal. 16.

Matth. 11.
Hebr. 2.

Aspera quoque fac in vias planas, ut te sequar, dixisti enim: Omnis enim vallis implebitur, & omnis collis humiliabitur. Tolle igitur à me superbiam & anxietatem, quæ displicet tibi, & impatientiam, tu quia mitis es, & humilis corde, & quicquid placuerit infamiae, contumeliae, aut desolationis immittere, fac ut accipiam de manu tuâ verè paternâ, & benignâ. Fac ut volupe mihi sit compati tibi, ut conregnare possim; neque discutiam per quem exercear: sed quis tu sis, medice suavissime, qui anima mea vulnera curas, secus tamen & forsitan uris. Ab utinam inebriaret me amor tuus, & ignis ille ureret, quem voluisti vehementer accendi? Labor enim meus non esset tunc unius hora, & si amplius esset, non sentirem præ amore. O quis mihi tribuat hunc ignem, ut in illo tamquam in fornace purificetur intentio & amor meus, neque petam quidquam abs te, nisi propter te. Quid enim mihi est in caelo, & à te quid volui super terram? Tu enim primum meum, & merces magna nimis; neque enim peto gloriam, nisi ut glorificetur Dominus meus in servulo suo, neque dona tua, nisi ut magnificet anima mea te Domine, & omnia quæ intra me sunt, benedicant nomini sancto tuo.

Elisæus dum puerum suscitaret, applicuit os ori, manus manibus ut suscitaret eum. Contraxit ille se, & ego te magne Deus, rogo ne despicias me, sed contrahere magnitudinem tuam, & fac obsecro ut os meum non loquatur opera hominum, sed te unum. Memoria mea tui memoriâ impleatur, & vanitas creaturae non occupet illam, intellectus meus nihil quaeso sciat, nisi te Dominum meum IESUM, & hunc crucifixum; hæc est enim vita æterna, ut cognoscant Deum Patrem, & te filium eius. Cor verò meum sit thronus misericordiae tuæ, & lectulus floridus, in quo requiescas sponse animæ meæ. Si enim occupaveris illud, oculi mei & aures, omnesq; sensus mei convertentur ad te, neque quærent in vanitate creaturarum, quod coram habent in Creatore.

Regnum Dei intra nos est, & tu desiderium animæ meæ: quid enim diligere potest extra te, qui novit te esse intra se? an alta, quæ tu à longè cognoscis, qui me doces esse mitem, & humilem corde, qui minoratus es paulo minus ab Angelis? & ego maior esse cupiam

cupiam, quàm sim, & existimabo me aliquid esse cùm nihil sim? Lucae 50.
 Primas Cathedras & primos accubitus petam, & te videbo in
 nouissimo sedere! Non faciam per gratiam tuam, sed vilis ero & Humilita-
 humilis in oculis meis. Et si tu pro me pauper factus es, cùm esses tis affectus
 dives, ego pauper diu esse nolo, ut paupertate tuâ dives sim.

Voluptas autem non me trahet, si amor tui & funiculi cha-
 ritatis tuae traxerint me. qui enim tui sunt, carnem suam cruci-
 fixerunt cum concupiscentiis suis; militant enim illa adversus
 animam meam, & adversus te Deum meum; ideo non habita- Psal. 100.
 bunt in medio domus meae, & in matutino interficiam omnes
 peccatores terrae meae. Adoro enim & laudo te Deus meus, & be-
 nedico te toto corde meo, quòd cùm in formâ Dei esses, te sic con-
 traxisti & exinanisti, ut esset quod sequerer exemplum, vel po-
 tius quod me traheret. Quem enim non trahat paupertas, & cu-
 na tua, & panni tui? quis te non suscipiat in corde suo, dum vi-
 det in propria te venisse, & quòd tui non receperint te, nec habue-
 ris uti caput reclinares? sed quem non trahat patientia tua, do- Rom. 8.
 lores, ignominia, & vulnera tua? dicit Apostolus tuus benignis-
 sime IESV, nam quos praescivit, & praedestinavit conformes fieri
 imagini filii sui: nolo igitur conformari huic saeculo nequam, sed Confiden-
 reformari in novitate mentis meae; & quâvis agrè possim & cer- tia in Deo,
 te non aequis passibus sequite spero: tamen quia habeo, & teneo
 promissum, & negare non potes: dixisti: petite, & accipietis, qua-
 rite, & invenientis. Peto igitur, ex intimo corde hoc sentire de ho-
 nore, & vanitate, & voluptate, & hominum iudiciis quod tu
 Chrìste IESV. tu enim reliquisti haec mihi exempla, ut sequar
 vestigia tua. Et certè qui dicit se in te manere, debet sicut tu infi- 1. Pet. 2.
 nita bonitas ambulasti, & ipse ambulare. Cupio igitur ambulā- Epist. 1. c. 2.
 tem per spinas cruentatis plantis, ut me queras, & animas er- B. Ioan.
 rantes sicut oves absque Pastore, cupio te non fugere, sed sequi ex
 intimo corde, & illas non fugare, sed charitate omnimodâ qua-
 rere, ducere, trahere ad te omne bonum, sponsas tuas, & pre-
 cium magnum sanguinis tui. hoc cupio sentire in me, quod tu bo-
 ne IESV in te; & Apostolo tuo clamante: induimini Dominum Rom. 13.
 IESVM Christum, parere exopto, & hodie te amantissime sus- Applicatio
 cipere, ut vivam ego jam non ego, vivas verò tu in me Chrìste ad Com-
 munionem

- Cant. 8. IESV. Pone obsecro te ut signaculum super cor meum, ut signaculum super brachium meum: fac ut qui portavi imaginem primi hominis terreni, portem imaginem caelestis. Sic enim spero ibo de virtute in virtutem, & spiritu tuo agar, ut filius tuus sim, & repleas in bonis desiderium meum, & renovetur ut aquila iuventus mea. Utinam hoc cibo refecto desipiat mihi uniuscuiusmodi solatium! Utinam huius suavitate anima mea illecta mundi huius oblectamenta vertantur in absinthium! Utinam sileat in conspectu tuo omnis terra, & totum sic occupes me, ut nullum in me reperiat locum, hostis, & tu unus sis mihi omnia in omnibus. Amen.

JACVLATORIAE.

- Psal. 44. O Speciose formâ pra filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. trahere me in odorem unguentorum tuorum.
- Psal. 118. Erravi eheu! sicut ovis qui perit, quare servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.
- Isaie 64. Utinam dirumperes calos, & descenderes! nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.
- Psal. 84. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.
- Psal. 124. Descende, obsecro, & veni, & reminiscere miserationum tuarum antiquarum qua à saeculo sunt, ut sequar te.
- Cant. 5. Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum, & desideriorum mrorum.
- Cant. 2. O splendor gloria & figura substantia Patris, portans omnia verbo virtutis tuae! Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meae?
- Thren. 3. Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea exspectabo eum.
- Rom. 8. Quid me separabit à charitate tuâ, o Deus? tribulatio, angustia, an fames? certus sum, quia neque mors, neque vita, neque creatura alia per gratiam tuam in aeternum.

CAPVT LVIII.

De affectu Gratitude, & modo eum exercendi.

HVNC ut exerceas Primò, agnosce beneficium quasi tibi soli collatum, etsi fortè pluribus commune.

Secundò,